



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Loca Infesta,|| Hoc est:|| De Infestis,|| Ob Molestantes||
Daemoniorvm Et Defvncto-||rvm Hominvm Spiritvs,
Locis,|| Liber Vnvs.||**

Thyraeus, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1598

VD16 T 1247

De Dvobvs Modis, Qvi Tam Purgandis, quàm damnatis hominum spiritibus
videntur esse communes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61332)

que etiam sint Spiritus, qui expetant; siue illa sint digni, siue indigni. Tum solum prohibentur, quando eadem quidam, iustas ob causas, per Magistratum sunt priuati. vt sunt per Ecclesiasticam censuram excommunicati; & qui ob flagitia in escam cedunt volucris cœli, piscibus maris, aut feris animantibus terræ.

Ex his manifestum est, quid ad exemplum Spectri, quod post exhibitam honestiorem Sepulturam Plinius docet non rediisse ad viuos, nec, vt solebat antea, molestiam eis attulisse, respondendum sit. Velenim priuatum est, & singulare; quod nō probet omnes, quibus Sepultura negata est, illam excitatis tumultibus, apud viuentes, vrgere: vel, quod verisimilius est, non humanus fuit Spiritus, sed Diabolicus: qui quamuis post Sepulturam honestiorem molestus esse desit; non tamen Sepultura officium à viuentibus, sed aliud quippiam quæsiuisse credendus est. Sed exemplum Plinij verbis hic libet ascribere. Erat, inquit, Athenis spatiosa & capax domus, sed infamis & pestilens. Per silentium noctis sonus ferri, & si attenderes acrimus, strepitus vinculorum longius primò, deinde proximo reddebatur: mox apparebat Idolum, senex macie & squalore confectus promissa barba, horrendus capillo, cruribus compe des, manibus catenas gerebat, quatiebatq; Inde inhabitantibus tristes diraq; noctes per metum vigilabantur. Vigiliam morbus, & crescente formidine mors sequebatur. Nam interdum quoque, quamuis abfcesserat Imago, memoria imaginis oculis inerrabat: longioriq; timoris causa timor erat. Deserta inde & damnata solitudine domus, totaq; illi Monstro relicta; proscribatur tamen, seu quis emere, aut quis conducere, ignarus tanti mali, vellēt. Venit Athenas Philosophus Athetodorus, legit titulum, auditq; pretio, quia suspecta vilitas, percontatus, omnia docetur: ac nihilominus, imò tantò magis conducit. Vbi cœpit aduesperascere, iubet sterni sibi in prima parte domus. Poscit pugillares stilum, lumen. Suos omnes in interiora dimittit, ipse ad scribendum animum, oculis manum intendit, ne vacua mens audita simulachra, & inanes sibi metus fingeret. Inuiso, quale vbiq; silentium noctis, deinde concuti ferrum: vitacula moueri. Ille non tollere oculos, non remouere stilum; sed obfirmare animum, auribusq; manum pratendere. Tum crebrescere fragor, aduentare etiam, ac iam vt in limine; iam vt intra limen audiri. Respicit, videt, agnoscitque narrat am sibi efficiens. Stabat; innuebatq; digito similis vocanti: hic cœtra vt paululura expectaret, manu significat, rursusq; ceris & stilo incumbit. Illa scribentis capiti catenis insonabat. respicit rursus idem quod prius inuenientem: nec moratus tollit lumen, & sequitur. Ibat illa lento gradu, quasi grauis vinculis. Postquam deflexit in aream domus, repente dilapsa deserit: sonitum; desertus herbas & folia concepta signum loco ponit. Postera die

adit Magistratus; monet ut illum locum effodi iubeant. Inveniuntur ossa in
ferta carenis & implicita; qua corpus eius terraque pure factum, nuda &
exosa reliquerat vinculis. collecta publice sepeliuntur. domus postea rudi
condita manibus caruit. Hæc Plinius lib. 7. Epistolarum, Epist. 27.

CAP. LXXXVII.

An ob censuram excommunicationis Ecclesiasti-
ca, quidam Spiritus errent inter viuentes, & quæ
molesti sint: & ab ipsorum molestia liber-
tas non ante speranda sit, quam ipsi
à censura fuerint absoluti.

DE vita & miraculis S. Benedicti scribens B. Gregorius li.
2. Dialog. cap. 23. refert fuisse duas foeminas, genere no-
biles, religionem professas; quibus ob incontinentiorem
linguam Excommunicationem minatus sit vir sanctus: cum
verò illæ à pristinis moribus non recederent; post breue tempus
mortuas, atque in Ecclesia sepultas, diuina ultio sequuta est,
quam his verbis refert Sanctus Gregorius. Cum in Ecclesia, inquit,
Missarum solemnia celebrarentur, atque ex more Diaconus clamaret: qui
non communicat, det locum: Nutrix earum, qua pro ijs Oblationem Domi-
no offerre consueuerat, eas de Sepulchris suis progredi, & exire videbat.
Quod dum sepius cerneret ad memoriam reduxit, qua vir Dei illis adhuc
viuentibus inuidauit. Eas quippe communionem se priuare dixerat, nisi mo-
res suos & verba corrigerent. Tum serus Dei (Benedicto) cum graui
mœrore indicatum est, qui manu sua protinus Oblationem dedit, dicens:
Ite & hanc oblationem pro ijs offerri Domino facite, & ulterius Excom-
municate non erunt. Que dum oblatio pro ijs fuisset immolata, & à Dia-
cono iuxta morem clamaum est, ut non communicantes ab Ecclesia
exirent, illa exire ab Ecclesia ulterius visa non sunt. Hactenus Gre-
gorius.

2. Simile quid apud Ioannem Petrum Massium Bergomatem
legitur, lib. 5. Historiarum Indicarum, quod ipsius verbis ascri-
bimus. Per eosdem, inquit, dies, vel ex intemperie cæli, vel ex insalubri-
um ciborum succo atrox morbus naualem turbam inuasit. Vulgo inter lu-
sum, atque quotidiana ministeria repente exspirabant. In ijs virles unus in
mare proiectus, & gentem terrorem omnibus attulit. Noctu quippe infra
semitam, pulvis frequentis exaudiri cœpit. Quem ad strepitum, cum ar-

repta: apha vigiles descendissent, implexum carina sub ipso gubernaculo defuncti militis corpus offenderunt. scilicet pilus cunctis inhorruit. Vbi ex pauore collegere sese, res ad Nauarchum delata. nec dubium fuit, quin caudauer ir. nslatum in litus humo conegerent. quo facto, postridie super ipsam sepulchrum rursus inhumatus apparuit. Ea re attoniti cuncti, cum apud se causam exquirerent, Franciscus demque, incertum ex qua familia, Monachus, qui concionatoris munereungebatur: sagaci coniectura suspicatus est, hominem aliquo Interdicti vel Anathematis vinculo constrictum à vita excessisse. Itaque in terram egressus, sanctissimi viri Benedicti Abbatis exemplo è Pontificia Formula conceptis verbis, animum demortui rite expiauit, ei veniam precatus est. Mirum dictu ab eo mysterio reddita mortuo pax, & vaga ossa tandè in suo tumulo, quieuerunt. Hæc Maffei.

Ex his similibusque exemplis quidam, vt videtur, non sine ratione in illam suspensionem veniunt; vt credat eos, qui cum excommunicationis sententia, ex hac vita discedunt, quietem nullam habere, & inter mortales versari; donec ab eadem per legitimum Magistratum absoluantur. Quæ sententia quid probabilitatis habeat, ex quatuor quæstionum resolutione clarum erit. Prima quæritur, Vtrum excommunicationis censura in viuentes prolata, iis oblit mortuis. Secunda, Vtrum ita oblit, vt errare ipsos inter mortales sit necesse, in quos prolata est. Tertia, Vtrum beneficium absolutionis ipsis possit impendi. Quarta, Vtrum quamdiu illud impensum non fuerit, quiete optata frui nequeant. Singulas breuissimè expeditimus.

Initio verò id constitutum sit censuram excommunicationis plurimum viuentibus obesse. Nihil sic, inquit B. Augustinus Tractatu 27. in S. Ioannem, debet formidare Christianus, quam separari à corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius. Si non est membrum eius, non regitur Spiritu eius. Quisquis autem, inquit Apostolus Rom. 8. Spiritum Dei non habet hic non est eius.

Sed obestne defunctis? Hoc primum eorum, quæ in quaestione proposita sunt. Obest omnino, & quidem in corpore. in honore, in anima. In corpore; quia honesta illud priuatur Sepultura. In honore; quia hic haut parū læditur, In anima; quia viuorū ipsi subsidia atq; suffragia, quorum haud parux vires, subtrahuntur.

Vtrum quoq; sic obest, vt defunctos inter viuentes errare sit necess. Hoc secundò explicandū. Respondetur vero hoc necesse non esse. Possunt qui hoc Anathematis vinculo constricti, ex hac vita discedunt, meritis suis ita exigentibus mox ad ciuium supernorū consortia admitti. Possunt infernalibus carcerib; aut purgatoriis locis

locis concludi, & omnis ipse ad viuos reditus prohiberi. Habeat magnas vires etiam in mortuos *excommunicatio*; vt à propriis, & que quis meretur, locis excludat, non habet.


Veruntamen negandum non est, quin iidem post fata quandoque viuentibus appareant, molestiamq; pariant. Persuadent hoc primùm allata iam à nobis exempla. deinde diuinæ prouidentie dispositio, quæ cum aliis rationibus, tum etiam his demonstrare potest, non contemnendam esse, qua in contumaces atq; rebelles Ecclesia vitur, *anathematis* sententiam.

Hinc iam ad tertiam quæstionem facilis responsio. *Posse*, scilicet, *ipsi beneficium absolutionis impendi*. Vtroque enim Ecclesiasticæ censuræ potestas demonstratur: & hoc, quod cum ea sepulchri requie videantur carere: & illo, quod absolutio requie optata perfruantur.

Interim tamen absolutionis beneficium non hoc per se præstat defunctis, vt quiete fruantur, & errare desinant, sed vt suffragiis viuorum iuuentur; & à pœnis citius eripiantur, quæ alioquin diuturniori tempore persoluendæ essent. Quod ad quartam quæstionem responsum volumus. Hæc breuiter omnia.

CAP. LXXXVIII.

Quenam ratio seruanda sit in locis, à Spirituum infestationibus vindicandis, quando, per quos Spiritus loca sint infesta, ignoratur.

I.  Væ hæctenus rationes à Spirituum infestatione loca liberandi assignatæ sunt, illæ tum locum habent, quando, contra quos Spiritus pugna suscipienda est, non ignoratur. Quoniam verò haud rarò vsu venit, vt conditis molestiantium Spirituum lateat; quomodo ab horum molestia se expedire viuentes possint, explicandum est.

2. Sunt qui prædictas rationes etiam hic valere volunt; propterea, quod quicumque molesti sunt, illi vel Dæmonum sint Spiritus, vel hominum, partim damnatorum, partim purgandorum. Veruntamen non rectè hi sentire videntur. Quid enim, si iis modis vtaris, quibus præfligantur Dæmones; Spiritus verò, qui molesti sunt, sint hominum, qui purgatoriis ignibus expurgantur? Sic potest accidere, vt cum rationibus velis vtî, quibus iuuatur piæ defuncto-